

AN. 230. 9.



MEMORABILIVM
BIBLIOTHEGAE. CHEMNICENSIS
PART. VI.
EDIT. ET. SIMVL
AD
ACTVM. SIGELIANVM
DIE. SALOMONIS
D. VIII. FEBR. A. R. S C^{II}I^{II}OCC^{II}LXXV.
HORA. NONA. AVDITA. INSTITVENDVM
GRAVISSIMOS. SCHOLAE. INSPECTORES
PATRONOS
FAVTORES. QVE. REI. LITTERARIAE. OMNES

SVMMA. ANIMI. VENERATIONE

INVITAT

M. IOAN. GEORG. HAGER
RECTOR.

CHEMNICII
LITTERIS. IAHNIANIS
(6.)





b eo, quo beneficis erga Bibliothecam nostram Fau-
toribus decentes egimus gratias, (a) tempore eam
varis iterum libris auctam esse publice laeti & gra-
ti profitemur. Sic accessit:

I. Herrn Deguignes allgemeine Geschichte der Hunnen und
Türken, der Mogols und anderer occidentalischen Tartaren, vor und
nach Christi Geburt, bis auf jetzige Zeiten, aus dem Französischen
übersetzt von Joh. Carl Dähnert. Erster Band, Greifswald,
1768. Zweyter Band, 1768. Dritter Band, 1769. Vierter
und letzter Band, 1771. 4.

Genealogische und Chronologische Einleitung zu der Ge-
schichte der Hunnen und Türken. Ebendas. 1770. 4. Ex dono V.
S. R. M. IOAN. MICH. MEHLIGHI, Past. Prim. & Superint.
Chemn. celeberrimi. 1774.

II. FERDINANDI RUIZII, Villegatis Burgensis quae extant
Opera, *Emmanuelis Martini*, Aloneensis Decani studio emendata &
ad fidem Castelvianiani Codicis correcta a *Bernardo Andres Lama* ite-
rum recognita ac recensita nunc primum prodeunt iussu excellen-
tissimi Domini I. Basili a Castelri, Comitis a Cervellon & Marchionis
a Villo-Torcas &c. Venetiis, 1734. 4. mai. Hanc splendidissimam
editionem Operum excellestissimi & elegantissimi poetae latini *Fer-
dinandi Ruizii*, Hispani, d. VII. Id. Sept. 1774. obtulit experientiss.
GOTTWALD SCHVSTER, Med. D. & de vrbe nostra & adiacen-
tibus praefecturis meritiss. Physicus in memoriam filii desideratissi-
mi Io. Chriſt. Schusteri, Med. D. & in vrbe nostra per XVI. annos
Practici vigilans, b. defuncti.

III. 1) MARII N'ZOLII Observations in M. T. Cicero-
nem per Sim. Gynaecum, Bas. 1536. Fol.

2) CON-

(a) Factum hoc est in Memorab. nostris Bibl. Chemn. P. V. Chemn.
1772. 4.

- 2) CONRAD. GESNERI Pande&tae Libri XXI. Tiguri,
1548. Fol.
- 3) EIVSD. Bibliotheca per Ios. Simlerum. Tiguri, 1574. Fol.
- 4) CHRISTOPH. CELLARIUS Notitia orbis antiqui. Lips:
1701. 4. Tom. I. & II. cum tabb. geogr.
- 5) CL. PTOLEMAEI Geographia edita a Iosepho Moletio,
Lat. Venetiis, 1562. 4. cum tabb. geogr.
- 6) a) MARII NZOLII Lib. IV. de veris principiis & vera phi-
losophandi ratione editore G. G. Leibnitio, Francof. 1670. 4.
b) IO. BENED. SINIBALDVS de generatione hominis, ib.
1669.
- 7) DIODORI Siculi Hist. Lib. qui extant, Gr. opera Vin-
centii Obsopaei, Bas. ex Offic. Opor. 1539. 4.
- 8) PHILIPPI MELANCHTHONIS Loci communes, s. Hy-
potyposes Theol. Argentorati, 1523. 8. Haec est tertia Editio, ea-
que correcta. Primam de A. 1521. alteram 1522. rarissimas desidera-
mus. V. I. Fr. Buddei Isag. p. 384.
- 9) - - Id, Lib. Vitemb. 1536. 8.
- 10) - - Id, Lib. Lips. 1552. 8.
- 11) BALTH. THEODORI Res Virgiliana & FR. PAPAE
Poesis sacra, Görlicii, 1601. 8.
- 12) MACROBII Somn. Scip. & Saturn. Argent. 1607. 12.
- 13) POLYAENI Stratagemata Gr. & Lat. cura H. Calauboni,
Lugd. 1589. 12.
- 14) PINDARVS Gr. cum interpr. lat. H. Stephani & Fra-
gmentis IX. Lyricorum Poet. 1566. 12.
- 15) POET. VET. Georgica, Bucolica, & Gnomica Gr. & Lat.
Lugd. 1600. 12.

Hanc & antecedentes Libros a n. 1-15. moestissima soror Maria
Christia-

Christiana Schwobin in memoriam fratris desideratissimi V. S. R.
I. FR. GÜHLINGII, Chemnicii, s. Mart. 1702. nati, 1722. Vi-
temb. Magistri, 1726. Adiuncti Philosoph. ib. e. a. Correctoris
Chemn. s. Mart. 1729. Diac. ad d. Iac. 1738. Archidiac. 1760. Su-
perint. Chemn. 1763. Doctoris Theol. celeberr. d. 12. Maii 1772. b.
defuncti, & de ecclesia & schola meritissimi, Biblioth. nostra obiuit.

IV. FRANCISCI PICCOLOMINEI, Sen. in Acad. Patau. phi-
losophi primi Libror. ad scient. de Natura Part. V. Francof. 1597.
4. Donum V. pl. R. M. *Christoph. Hofmanni*, Past. Röhrsdorf. disci-
puli quondam ab A. 1750-1757. nostri gratiss.

V. MATTH. BELII Hungariae antiquae & nouae Prodromus,
cum specimine, quomodo in singulis operis partibus elaboran-
dis, versari, constituerit. Norab. 1723. fol. a *Christian. Gotthilf. Put-
scherbo*, Bibliopola apud nos celeberr. nobis oblatus.

VI. IO. ALB. FABRICII Bibliotheca Latina nunc melius de-
lecta, rectius digesta & aucta diligentia *Io. Aug. Ernesti*, Tom. I.
Lipf. 1773. Tom. II. ib. 1773. Tom. III. ib. 1774. 8. mai. Voll.
III. ex Legato *Plattner*.

VII. *Scriptura ecumenica*, hoc est ratio scribendi per Ziffras,
qua omnes gentes, quibus aliquis scribendi vsus est, absque notitia
linguarum, de rebus quibusuis animorum sese sensis communica-
re possunt, Pars I. analytica cum manuaditione exemplis & clave
pro latine doctis, opera DAVIDIS SOLBRIGI. Solquellae, 1726.
8. Idem liber teutonice & gallice, ib. eod. Donum *I. G. Hersteri*,
Königshaynensis, e schola nostra discedentis d. 13. Febr. 1772.

VIII. ANT. FABRI Staats-Canzley Tom. C VI - CXV, ex
legato *Sigeliano*.

His praemissis progredimur ad exfoluenda promissa. Promis-
sum nimirum (b) reliqua, praeter iam adducta (c) scripta in ra-
rissimo libro, *Directorio statuum a PETRO ATTENDORNO*, Ar-
gent. 1489. edito occurrentia in medium proferre. Sic iam nomina-
uimus

(b) Memorabil. P. V. (c) Ibid. P. IV. & V.

vimus I. Orationem IO. GEILERI de KEYSERSBERG (d) II.
IODOCI GALLICI Rubiacensis Orationem. (e) Hanc excipit

III.) Epistola eiusdem Gallici, sive alterius, nescio,
de miseria curatorum.

Quae, ut IAC. WIMPHELLINGVS in Epistola Directorio
praemissa pronunciauit, doceat de miseriis curatorum, quod quem-
admodum Christus crucifixus est a Iudeis: Ita quotidie crucifigitur
& tribulatur plebanus a parochianis. In figura ligno incisa huic
epistolae praefixa apparet *Curator*, vel *plebanus* (f) nouem, ut in
epistola nominantur, diabolis circumdatus.

Primus diabolus inter omnes est ipse *collator*, qui dum ecclesi-
am, quam conferit, suam esse putat, plebanum tanquam alium sub-
ditum tenet & tractat. (g) Quod argumentum copiosius deinde
explicatur.

Secundus diabolus est *custos ecclesiae*, qui quanto minor in po-
testate: tanto maior in persecutione, non manifeste laedit, sed ut
serpens occulte retro pungit &c.

Tertius diabolus est *coca tua domina*, per quam habes tot tem-
tationum stimulos, quot in capite geris capillos. Nunquam fidelis,
semper pigra, in cunctis rebellis. Quae nisi ab omnibus esset de-
specta meretrix, nullatenus dominus tuae fuisset facta dispensatrix.
- - O quam rarum est, si curator vxorem non habens semper vrens
se non coquinat. Ab hoc tempore quo clericos ab vxoribus san-
ctio apostolica sequestravit, nullus unquam quantumenque sanctus
& continens sine suspicione fuit. - - Olim unus quisque sacerdo-
rum in sua legitima contentabatur. Nunc vero sacerdos, quia pro-
priam non habet, feminis indifferenter vitetur.

I 3

Quartus

(d) Ibid. P. IV. (e) Ibid. P. V.

(f) Curator, vel plebanus in ecclesia Romano-catholica dicitur sacerdos,
qui curam plebis, vel parochiae ruralis gerit.

(g) Hic & in sequentibus ipsis verbis epistolae studio sumus vsi.

Quartus diabolus est vitricus, vel victicus, qui ecclesiac tantum impugnat, quantum est, quod non considerat. In ecclesia tua sine licentia mendicat. Est vero virici colligere & plebani solius dispensare, ille vero de tuo commodo semper murmurat, quando non totum ad suam tabulam accumulat.

Quintus diabolus est ipse rusticus ideo malus, quia nullus in eo intellectus, praedicationes tuas vituperat. Contra missas tuas longas murmurat.

Sextus diabolus est ipse officialis. Quanto sua iurisdictio latior, de tanto in plures tyranidior & fortior. Quemadmodum vultur hinc & inde volat, ut lacret pullos. Sic iste iam ab illis, iam ab istis parochianis explorat, ut exaccionet plebanos.

Septimus diabolus est ipse episcopus, qui quod per totum annum omnis sollicitudo tua collegit, hoc iste per subsidium tollit.

Octauus diabolus est ipse capellanus in ecclesia tua. Nec cantat, nec legit, nisi unde ipse suum profeatum habere possit.

Nonus diabolus est ipse praedicator, qui quanto in doctrina gloriostior, tanto plebano infestior. Acceptum se in populo considerat & plebanum quasi cifram pro nihilo reputat. Hanc epistolam sequitur

I V.) Monopolium Philosophorum, vulgo die Schelmen-Zunft.

Praemissa ligno incisa figura exhibet in coaclavi tabulam rotundam, in qua societatis huius forsitan nouus sodalis iacet, quem alter manibus firmiter teneret, alter ipsi e poculo vinum in gulam infundere videtur & alter demum hemi ebrius iacet. Tunc pagina sequenti legitur:

Questio accessoria determinata a magistro Bartholomeo Gribi Argentin. pro excipiendo ioco solatioque auditorum, ut moris est.

Deinde Auctor his fere verbis docet, quare excellentissimum Philoso-

Philosophiae nomen ad sectam quandam pigrorum & sine cura vitam degentium, vulgo die Schelmenzunft, translatum sit. Nomen vero huius fraternitatis est monopolium, vel secta securorum, vel Conchaitarum. Securi dicuntur, quasi semoti a cura. Non enim curant amplos consequi honores, & multo minus onera, non parere divitias, sed quomodo vsque ad euacuationem marsupii consumantur, fideliter laborant, nec mane solliciti surgere, aut sero ante mediae noctis cursum caput ad somnum inclinare, si modo adsit securitatis ille dator Bacchus, ut impleantur scripturae: *Uf einen volken buch steht ein froelich heupt.* Conchaitae vocantur, velut enim testudo concham gestat instar scuti securitatem praestantis: ita fratres huius societatis pro exterminandis curis procellis vini animam in arte nautica peritam soliti sunt irrorare, ex tempore etiam solito & ignavia, lasso tardoque incessu, merito haec secta Conchaitarum appellatur. Fertur praeterea testudo, sive concha, quondam ad nuptias invitata mox egressa domum ad locum solennitatis profectura cum multis diebus tarda per vias deambulasset venit anno clauso ad puerperium uxoris audiensque turbam hominum magnam in aedibus, qui ad puerperium vocati fuerant, putabat, se ad laeti tias nuptiales hora congrua peruenisse, ascendensque limina domus forte fortuito deorsum lapsa est inquiens: *Ich weis wol plen
bricht mir eins den hals:* Ita hi socii tardi de mensa, tardi de lecto, repidi ad templum, pigri ad scholam Conchaitae voluerant dici. Haec de nominis impositione. Quibus adductis subiunguntur regulae viuendi & has regulas obseruantibus pro peractis laboribus indulgentiae, de quibus in posterum agemus.

Nunc ad id, cuius causa arripiimus calamum accedimus. Ab anno 1510 & deinde quoquis tertio anno sequenti diem VIII. Febr. piis manibus b. SALOMONIS SIGELII sacrum celebravimus & hodie vice vicesima secunda pia mente celebramus, propterea quod ex illius legato sensim sensimque 352. Iohachimicos ad emendos libros bibliotheca accepit nostra. Cuius beneficii memores iuvenes quidam optimae indolis ac spei SIGELIVM laudaturi premissi orat prodibunt, & quidem

I.) EH-

AK Ya 1544

X 2953241

LIII

VD 18

I.) EHRENFRIED. DüRR, Reichenb. de templis Concordiae & Pacis dicer, *lat.*

II.) IOAN. CHRISTIAN. TRITZSCHLER, Chemn. Misn, de origine diuinitarum illarumque effectu, *teut.*

III.) CAROL. GODOFR. GÜNTHER, Chemn. Misn. de conubio felicissimo doctrinae moralis christiana cum reliquis scientiis, *gallice.*

IV.) IO. MICH. FREYBERG, Niederrabenst. M. cognitionem Iuris Naturae studio Theologiae maxime vtilem & necessariam esse docebit, *orat. lat.*


V.) GEORG. TRAVGOTT WAGNER, Schoenbrunn. M. ritus quosdam sacros hebraeorum recensabit, *hebr.*

VI.) IO. GOTTLIEB. LEBER, KöHLER, Hermannsdorf. M immortalitatem animi & merita b. SIGELII canet, *carm. teut.*

VOS, INSPECTORES Scholae nostrae summo, quo deest, pietatis cultu prosequendi, & VOS omnes, PATRONI atque FAVTORES optimi, enixissime rogamus atque obtestamur, vt pro ea, quae VOBIS propria est, benevolentia auctui nostro benigne interese dicturosque nostros indulgenter audire velitis. Quod beneficium non solum, vt debemus, laudare sed etiam gratissimo, quoad fieri potest, animo demererit studebimus. P. P. Chemnicii, d. VI. Febr. A. R. S. clo 10 CC LXXV.



M.C.



An 230. 9.

MEMORABILIVM
BIBLIOTHEGAE CHEMNICENSIS

P A R T . VI.

E D I T . E T . S I M V L

A D

A C T V M . S I G E L I A N V M

D I E . S A L O M O N I S

D. VIII. FEBR. A. R. S. CLOCCCLXXV.

HORA. NONA. AVDITA. INSTITVENDVM
GRAVISSIMOS. SCHOLAE. INSPECTORES
PATRONOS
FAVTORES. QVE. REI. LITTERARIAE. OMNES

S Y M M A . A N I M I . V E N E R A T I O N E

I N V I T A T

M. IOAN. GEORG. HAGER
RECTOR.

C H E M N I C I I

L I T T E R I S . I A H N I A N I S

(6.)

